



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

VII. De Libelli conceptione, & oblatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

monio rei, pro modo debiti, si personalis instituat a-  
ctio, custodiz causa inductis, ut tadio affectus reus ven-  
tatio aliquando responsum. Quod si a. adhuc per annum  
in sua contumacia perseveraverit, iudice decernente verus  
possessor efficietur, super proprietate duntaxat adverte  
fructus dilapidet, sequelrandi erant, & quod distractum  
est in pristinum statum erit revocandum.

*Se ob potentiam adversarii contumacia non possit actor possessionem ingredi, vel illam amiserit, nihilominus efficitur versus possessor elapso anno. h. d.*

**S**i tamen propter rei potentiam: sive dolam contige-  
rit, ut intra annum rem custodiendam nancisci non  
possit, vel etiam acquiritur amittas, ne contumax me-  
lioris, quam obediens, conditionis existat, de canonica  
aquitate sancitum est, ut hoc etiam casu verus, elapso an-  
no, possessor actor constituitur.

*Si reus contumax dederit cautionem de stando iuri, nec multan-  
dus est, quod adversarius non fuerit passus esse in possessione. Et  
missum passus restituitur. h. d.*

**H**oc tamen d. tunc obtinet, cum reus nullam cautio-  
nem praestitit: nam si de stando iuri caverit, nec mul-  
tandus, quod in possessione actorem esse passus non fue-  
rit, & missionem passus illico restituendus erit.

*Actor anno lapsu non reputatur possessor, si per eum feterit, quo  
minus intraverit possessionem. h. d.*

**I**dem e. juris est, si annus lapsus esse proponatur, per  
reum tamen non feterit, quo minus ante terminum &  
possessionem receperit, & cautionem dederit.

*Excommunicatus a delegato Principis, etiam delegato mortuo  
non potest ab Ordinario absolvi, vel alio, praeterquam in mortui ar-  
ticulo, vel de mandato Papa. h. d.*

**Q**uari f. contigit, si delegatus, qui reum propter con-  
tumaciam manifestam excommunicationis vinculo  
innodavit, vel petiorem causa rei servanda in possessione  
induxit, rebus eximatis humanis, an eidem iuri pa-  
tere volenti, & idoneam cautionem offerenti Ordinarius  
absolutionis beneficium impertiri, & possessionem resti-  
tuere valeat? Ex responsum est, quod cum delegatus,  
quoad hoc, sit ordinario maior, excommunicatus ab eo  
non potest per alium, praeterquam in mortui articulo, si-  
ne mandato summi Pontificis absolutionis gratiam obti-  
nere, vel possessionem recuperare, nisi alius ei in onere  
successerit, & honore.

*Passus missus, si mortuo delegato praestet infra annum cautionem  
de parendo iuri, etiam post annum recuperabit possessionem. h. d.*

**S**ed g. ne missus in possessionem verus efficiatur post  
annum possessor, missionem passus coram Ordinario,  
vel, si ejus copiam habere nequiverit, coram publicis &  
honestis viris, ut quasi praescriptionem interruptam an-  
nem, offerre, ac praestare poterit de parendo iuri cautio-  
nem, ut sic etiam post annum per Apostolicam sedem  
possessionem recuperare mereatur.

*In casibus beneficiis non habet locus missio in possessionem,  
sed in locum ejus potest procedi lite non contestata. h. d.*

**E**d h. ista quidem tunc procedunt, cum de profanis  
rebus erit disceptatio; nam qui super dignitate, perio-  
nato, vel beneficio Ecclesiastico obtinendis cum aliquo  
litigat possessore, ob partis adversae contumaciam in pos-  
sessionem mittendus non erit, ne per hoc ad ea ingressus  
vitiolus pateat. Licebit tamen iudici hoc casu etiam lite  
non contestata diligenter examinato negotio, ipsum sine  
debito terminare, contumaciam absentis divina replen-  
te praesentia.

*Contra rem contumacem, sed si de causa liquet, potest fer-*

a. Ca. ext. de eo qui mit. in poss. b. Ca. ex. de sequent. poss. c. contingit. ext. eo. it. d. Ca. eod. it. e. Ca. in fin. ext. de eo qui mit. in poss. f. Ca. pastoralis officii. s. praeter ea. ext. de off. ord. g. Ca. pastoralis officii. s. praeter ea. vers. verum tamen. ext. de off. ord. h. Ca. un. de eo qui mit. in poss. in 6.

*rs sententia etiam in causa profana, si sit contestata: contra alio-  
rem vero etiam lite non contestata. h. d.*

**Q**uod interdum etiam in profanis obsequiis, utrius a-  
ctio, vel actor ipse contumacia crimine incurrat, et  
casu etiam lite non contestata infante reo potest de colla  
recipere, & sententiam ferre debet.

*Si actor non venerit in terminis, ad quantum curat fuerit, de-  
bet reo restituere expensas, & cavere de in postquam comparat, ac  
non admittitur ad aliam citationem. h. d.*

**I**dem b. quoque actor, si ad terminum ad quem adve-  
ntum citari fecerit, venire contempserit, veniens tamen  
in expensis propter hoc factis legitimis condempnabitur, et  
ad aliam citationem minime admittetur, nisi ad  
fideliter in posterum comparandis idoneam cautionem  
dederit.

*Iudex debet esse contentus una poena ex pluribus, quae contra  
contumacem competunt: et excoercentur contumacia postquam  
ad alias procedere. h. d.*

**Q**uod autem diximus, iuris variis contumaciae  
coercenti, non est ita accipiendum, quasi contumacia  
poenas jus dicens infligere contumax debeat, sed quod  
variatur poenarum sibi datur optio: unde aliter, quae  
magis timere debeat, iudex a principio contentus est, ad  
aliam nihilominus proceditur, si hoc merita pro-  
vitas contumaciae.

DE LIBELLI CONCEPTIONE ET  
OBLATIONE.  
TI. IV. VS. VII.

*Actor res comparante debet claram iudici libellum offerre,  
quod sit libellus. h. d.*

**I**n primis igitur reo in assignato termino  
iudici libellum actor offerre debet, & illam ita claram  
plurimum, ut ex ejus inspectione de libere accipere  
utrum cedere velit, an contestare, atque praesentiam  
dum sit, dispicere valeat iudex, quam adhibendam de  
conspicienda sit sententia. Nihil enim aliud est libellus,  
quam brevis scriptura, clara ad adiuvandum contentum,  
& contra adversarium necessitate constituta.

*Libellorum alii sunt accusatorii, alii conventionales. h. d.*

**P**orro libellorum duz sunt species: et illi sunt  
accusatorii, alii conventionales. Accusatorius ille  
quibus quis aliquos apud iudicem aliquos crimini  
defert: de quibus quidem in praesenti nos non est  
stitutus sermo, sed infra suo loco de ordine iudiciorum  
conventionales sunt, quibus in civibus discrepantibus  
utimur, dum rem nostram, aut quam nos debet  
petimus, in iudicio petimus.

*Qua debeat contineri libellus: et quid sit res, nec obsequi-  
bellus non obligat ad respondendum: et quid iudex illum  
lucere. h. d.*

**E**xprimet igitur oblati libellus, non solum agendi  
convenit nomen, sed & ius dicens, de proprietate  
actionis qualitate. Et si personalis i. expressio sit  
actione, petendi quoque causa exprimens, et oblati  
nec conventus respondere tenebitur, & iudex libellum  
non legitimum conventionis sermum contestatione  
perere ac destruere poterit.

*Phores dantur casus, in quibus solentur libelli permissi  
necessaria. h. d.*

**S**unt tamen casus, in quibus solentur hae libelli obla-  
tio minime est necessaria: & veluti in quibus de-  
no ac sine strepitu & figura iudicii procedendum est,  
in quibus etiam non contestata lite resse recipi possunt  
& alii plures.

a. Causam qua. & seq. ext. b. Causam qua. c. Causam qua. d. Causam qua. e. Causam qua. f. Causam qua. g. Causam qua. h. Causam qua. i. Causam qua. k. Causam qua. l. Causam qua. m. Causam qua. n. Causam qua. o. Causam qua. p. Causam qua. q. Causam qua. r. Causam qua. s. Causam qua. t. Causam qua. u. Causam qua. v. Causam qua. w. Causam qua. x. Causam qua. y. Causam qua. z.

*Beneficet iudex si rem terminare quæret sine tela judicialia.*  
*h. d.*  
 In his quoque casibus, in quibus libelli est necessaria portio, probè iudex fecerit, si principales personas, vel in subsidium etiam advocatos factum ipsum proponere jussit, & sine tela judicialia controversiam terminarentaverit.

*Obiata libelli debent rari doli dilatorie ad accipiendam, & ad ostendendam obsequiatam una materia est uno loco tractanda.*  
*h. d.*

Obiata tamen secundum juris ordinem libello, certe reo convento indulgenda sunt inducitur a, quibus delibet. eadem sibi sit, an contendendum: acceptus, ac recusandus iudex: denique, ut proponat, si quis habet, exceptiones. Quæ propterea comparatur, ut ii, ad versus quos instituntur actiones, defendatur. Hatum verò quædam ante litem contestationem opponenda sunt, quædam verò etiam post contestatam litem. Sed ne si qui inter has alieni tractatus mediis functionibus huiusmodi factio obcuritatem pareat, videmus nunc generaliter de exceptionibus.

**DE EXCEPTIONIBUS, ET REPLICACIONIBUS.**  
**TITVLVS VIII.**

*Quid exceptio, & quid duplex ejus est species, dilatoria & peremptoria. Et quid dilatoriarum quedam respiciunt iudicem, quedam alterum, quedam rem, quedam causam. h. d.*

**E**xceptio summa divisione duo genera deducitur: e. aut enim sunt dilatorie, aut peremptorie. Dilatorie sunt, quæ rem & iudicium differunt. Harum quædam iudicis personam respiciunt, quædam agentis, quædam rei conventi, quædam verò actionis & causæ qualitatem. Personam iudicis respiciunt, vel quæ illius incompetentiam arguunt, vel quæ de ipso suspicionem ingerunt, secundum ea, quæ supra suo loco latius exponimus. Et hæc dilatorie quoque poterunt appellari. Actoris partem illæ spectant, quæ illum non legitimum in iudicio standi personam habere demonstrant: quales sunt procuratorie: ut puta, si quis per monachum, aut regularem, aut clericum agere velit. Item si quis ut tutor, vel curator, vel procurator, vel syndicus compareat, & illud officium negatus, vel sua non interesse, vel audiri non debere protestetur, & si quæ sunt his similes. Ex persona rei deducuntur: veluti si quis ab eo, qui alienam litem defendit, de iudicio solvendo cautionem postulet, aut si ab autore rei sollicitum esse reus conventus coram iudice queratur, & propterea restitutionis beneficium imploret, vel si autore ex legitima causa domum revocet. Actionem & causam respiciunt, ut cum proponitur de ineptitudine, aut incertitudine libelli, aut de litem pendente, aut cum non modo diei solutionis venisse præteritum, aut cum non modo diei solutionis venisse præteritum, aut cum non modo diei solutionis venisse præteritum.

*Dilatorie exceptiones, proponi debent, ante omnem exceptionem, aliquas amplius opponi non poterunt. h. d.*

**H**æc verò regulariter omnes ante litem contestationem proponi debent: sed quæ declinatorias appellamus, non modo ante litem contestatam, verum etiam ante omnem dilatoriam exceptionem opponere reum oportet: alioquin si aliam primò proposuerit, cum per hoc in jurisdictionem eius, coram quo proposuit, confestim videatur, ejusdem jurisdictionem serò declinare conabatur.

*Dilatorie exceptiones, non declinatorie, regulariter proponuntur ante litem contestatam, quandoque, tamen etiam post. h. d.*

*a. Can. in doli. b. offeratur. 3. q. 3. b. gl. in vers. irritari. c. dudum. d. l. ex. de elec. gl. si. c. ex parte. ex. de foro comp. c. gl. i. c. ex. de iur. iudic. ext. de excep.*

**R**go in initio litem declinatorie opponi debent, & probari: cetera post oblatum libellum ante litem contestatam intra terminum a iudice assignatum, quandoque opponi & probari poterunt: Sed & lite contestata quandoque eas opponere licebit, veluti a si qua nuptio competens extorta fuerit, vel si qui eam opponere voluerit, postmodum ad suam notitiam pervenisse iurejurando fidem faciat, vel esset huiusmodi, quæ retroactum processum nullum redderet, ut est ea, quæ vel mandati, vel iurisdictionis defectum arguit.

*Et ex loco, & ex tempore, & ex alia fortibus ducuntur exceptiones. h. d.*

**D**exuntur autem huiusmodi exceptiones non solum ex supra positis causis, sed etiam ex loco, ex tempore, & ex aliis fortibus, ut tam Pontifici, quam Cæsari iuris libris facile est legentibus cognoscere.

*Exceptio excommunicationis licet sit dilatoria, tamen potest opponi & ante & post litem contestatam. h. d.*

**H**is annumeranda est etiam excommunicationis & exceptio, quæ licet & ipsa dilatoria sit, à ceteris tamen dissimile naturam fortis esse deprehenditur: nec enim post oblatum tantum libellum ante contestatam litem velut cetera, sed in qualibet parte litem opponi potest, e. peremptorio termino ad proponendum exceptiones declinatorias & dilatorias præfixo minime obstante. Quod est in hac exceptione specialiter observandum, ne quisquam in periculum anime suæ excommunicato communicare compellatur: quod si eam reus omiserit, ut ad hoc sumptibus & laboribus fatigetur, in expensis legitimis condemnandus erit.

*In proponenda exceptione excommunicationis servanda est certa forma. h. d.*

**S**ed cum per malitiam hæc exceptio in iudicis opponeretur frequentius, Innocentiana constitutione consultissime cautum est, ut certa in ea proponenda forma servari debeat, ut ex ipsius constitutionis tenore facile apparete potest.

*Exceptio excommunicationis potest alteri opponi in prima tantum instantia, non in secunda. Idem de ceteris dilatoriis. h. d.*

**H**æc autem in prima tantum instantia sibi locum vendicant: quod si succumbens actor appellaverit præterea excommunicationis oppellat, à prosecutione appellacionis minime excludendus erit: quod & in ceteris dilatoriis multo magis locum obtinet.

*Reus excommunicatus licet convenire non possit, admittitur tamen ad proponendum suas legitimas defensas. h. d.*

**R**eus f autem nullo obstante excommunicationis vinculo, veluti rectè convenitur, ita ad legitimas defensiones semper admittitur. Satis enim absurdum esset, si ad hunc impugnantem defensionis copia reo denegaretur: quia sic multoties condemnaretur absolvendus. Reconventiones tamen potestas eidem minime permittitur.

*Superius dicta de excommunicatione, intelliguntur de majori, h. d.*

**C**eterum quæ supra de excommunicatione diximus, non de quacunque excommunicatione sunt intelligenda, sed de ea tantum, quæ à perceptione sacramentorum, & à fidelium communione separata, ut etiam ipsa Innocentiana constitutionis verba demonstrant.

*Peremptorie exceptiones, sunt, quæ ius alteri perimunt, & semper agentibus obstant. h. d.*

**P**eremptorie, seu dilatorie exceptiones sunt, quæ in totum jus agentis perimunt, & semper agentibus obstant: qualis est, doli mali, metus, pacti conventi, solutionis, iurisjurandi, præscriptionis, transactionis, & rei iudicatæ, & si quid contra leges factum esse dicatur.

*a. C. pastorali. in fi. ex. co. ti. b. C. exceptionem excommunicationis. ext. cod. c. Clem. i. co. ti. d. C. i. co. ti. in 6. e. C. signifi. carvi. ext. co. f. C. cum inter. ext. cod. ti. g. C. co. ti. in 6. h. C. de litem contesta. in 6. i. Can. 2. in fin. 3. q. 6.*

DD d d +

